mgr. { Pirgallius Saxo
Sebastianus Steude Misnensis,

per quos admissi sunt baccalaureandi subscripti numero septem:

Ieronimus Maurer de Landaw	determinavit sub magistro	Lor
Thomas Cydlerus		Schacht
Henricus Godtscalck de Bodenwerde		Arnoldo[1])
Ludolphus[2]) Sommer Goslarianus		
Ioannes[2]) Mechtzhußen[3]) Goslarianus		
Ioannes[2]) Eyßenbattel Brunswicensis		
Petrus Prockendorffius		Martino Iawr.

Qui omnes satisfecerunt facultati pro signeto et exercicio[4]).

Reliqua sub hoc decanatu acta quere in libro papireo! Telos.

* Item accidit error et negligencia non mediocris ex parte vicecancellarii. Quoniam exercicium methaphisices tempore iuxta facultatis arcium statuta solito non esset inchoatum nec cum magistrandis disputatum — nemo enim erat, qui se vicecancellarium aperte fateri volebat —, dum vix octo dies ad dispensaciones celebrandas restarent, primum ceptum est disputari in methaphisice exercicio, et tandem prodiit is, qui suspicabatur esse vicecancellarius. Convocata ergo tota facultate ad seniores remisit negocium, qui concluserunt scribendum episcopo illudque regestis[5]) facultatis arcium conscribendum, ne olim similis error cum maxima facultatis arcium iactura . . .[6]).

Convocata item tota facultate concordi suffragio absenciam obtinuerunt duo magistri de concilio facultatis arcium Sebastianus Steude Misnanus ad unum annum, Ioannes Mactz Thoroniensis ad duos annos. *

1524 Sommersemester. 230. Decan Leonhard Schacht von Zwickau.

C 129'. Tibi[7]) Iesu Christe laus et gloria, imperium et potestas in secula seculorum. Amen.

N 47'. Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quartto Sabbatho ante Georgii, que fuit decima sexta Aprilis, magister Leonhardus Schach Zwickavianus electus est in decanum facultatis arcium rite et concordi magistrorum electorum consensu et suffragiis. Sub eius decanatu electi fuere officiales et clavigeri magistri subscripti: Apr. 16.

Clavigeri mgr. { Conradus Imhoff de Lor Bavarus
Henningus Pirgallius Saxo.

Executores et visitatores mgr. { Henningus Pirgallius Saxo
Martinus Ticz Iaweranus Polonus
Ioannes Rewschius Bavarus
Leonhardus Schach tunc decanus Misnensis.

---

[1]) Der Name des Magisters fehlt in C. [2]) Der Name des Magisters fehlt in M und C, vermuthlich Arn. Wöstefeldes. [3]) Mechhaußen. [4]) C fährt fort quia nullus eorum fuit pauper. [5]) Durch Correctur in der Handschrift undeutlich geworden. [6]) Das Prädicat fehlt in der Handschrift. [7]) Die Ueberschrift des Semesters in C in rother Schrift. In N fehlt die Columnenüberschrift und die Initiale, für die Platz gelassen worden ist.